



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 52. Ladislaus ut Rex Sicilæ coronatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

§. LII.

Sæcul. XIV.
A. C. 1390.

Ladislauus ut Rex Siciliae coronatur.

Adversum geminos regni Neapolitani competitores Ladislaum, & Ludovicum gerendo instar Urbani bello impari se videns Bonifacius, simul ac electus fuerat, Ladislaum cum matre Margarita, & sorore Joanna in gratiam receptum exsolvit omnibus censuris ab Urbano pronuntiatis; & Cardinalem Florentinum ut Legatum suum Ladislao imponere coronam iussit. Nono Calendas Martii anno 1390 Siciliae cis fretum, nempe regni Neapolitani incolis omnibus hanc mentem suam aperuit, imperans, ut novo Regi (septemdecim circiter annos habebat) & donec is sui juris esset, Cardinali Legato, ac Reginae matri tutelam ejus gerentibus obedirent: se illi suppetias terra, marique misisse, ac porro pro viribus subventurum: idem subjecti facerent.

Th. Niem.
l. 2. c. 14. 64.
Rayn. 1390.
n. 10

Ladislaus Cajeta egredi non audebat: quia Ludovici Andegavensis partes Neapoli, ac in regione fortiores erant: & hoc est, quod Bonifacium compulit, ut Legatum mitteret, qui Ladislaum coronaret. Is fuit Angelus Acciajulus Florentinus Episcopus Cardinalis Presbyter de S. Laurentio *in Damaso*, mense Majo eodem

Sæcul. XIV. eodem anno Cajetam delatus; ubi excep-
 A C. 1390. pit Ladislai juramentum, quo hic firma-
 bat suum clientis officium ac fidem ob
 regnum Siculum Bonifacio addictam iis-
 dem conditionibus, quas antecessores,
 præsertim Carolus de Pace pater ipse
 acceperant. Denique spondebat, se an-
 tipapæ Clementi, aut ejus Cardinalibus
 nullam laturum opem. Tabulæ factæ
 sunt 29 Maji an. 1390. Sub idem tem-
 pus Bonifacius in Siciliam sive Trinacriam
 Franciscum Episcopum Puteolanum mi-
 sit cum formula ejurandi schismatis, ut ad
 præstandam sibi obedientiam reduceret
 eos, qui tempore Reginæ Joannæ, Caroli
 de Pace, aut relictæ ab eo viduæ Mar-
 garitæ a partibus Urbani ad factionem
 Clementis transferant.

Vita PP.

p. 255.

Rayn. 1389.

n. 14.

Clemens electionem Bonifacii edo-
 ctus eum tractavit ut iniquum sacræ se-
 dis possessorem: quod is vicissim egit:
 sibi que mutuo censuras irrogabant terri-
 bilissimas, sed utrimque pariter inutiles.

§. LIII.

*Ludovicus II Andegavensis Neapo-
 lim venit.*

Mense Junio an. 1390 novus Siciliae
 Rex Ludovicus II Andegavensis
 Neapolim versus iter suscepit magno
 exercitu, & annonæ copia instructus.
 Cle-